



**Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

III. Pax religionis per Imperium. Flacian. & Melanchthonic. dißidia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO

1555.

III.**Pax Reli-**
gionis per
Imperium.**Cam. in v.**
Mel. p. 351.**Flacianorū**
machinæ
in Meläch-
thonem.**Cōsil. Theol.**
to. 2. p. 257.**Ioan. Frid.**
Saxo man-
cipium
Flacij.**Flaciani**
Synodum
flagitant.**Ad castigā-**
dos Me-
lanchtho-
nicos.

Hæc acta fuerunt Norinbergæ ann. 1555: quo eodem in Comitijs Augustanis factum est decretum illud, quo pax per Imperium certis conditionibus inter Catholicos & Lutheranæ professionis Ordines sancta fuit, quam Pacem religionis appellamus. Vbi dominum rediit Melanchthon, sœua deniò tempestas per Flacianos in ipsum concitata fuit. Erant hi proximis annis facti potestiores, nec vulgus modo partibus suis habebant additum, sed & principum quorundam animos fraudulenter occuparant: Quæ res Spiritus illis maiores addidit, fecitq; ad quiduis molliendum audaciores. Ioannes Fridericus Saxonæ Dux, quem Cæsar electoraliter dignitate spoliatum de gradu deiecit, hunc factioni vehementer erat addictus. Itaq; cum libertati restitutus ad filios rediisset; quod an. 1553, factum diximus, patrocinium Flacianis deinceps præstabilit; cuius iudicium multorum animos illis conciliauit. Tantus vero principis illius affectus erat in huius farinæ Lutheranos, ut decumbens an. 1554, quo mortuus est, Nicolaum Ambendorffum, qui post Flacium inter huius sectæ coryphæos præcipiuus erat euocaret, ab eoq; viam sibi demonstrari vellet in extremis, cum esset è corpore migrandū. Audaciores igitur facti Flaciani Synodū flagabant, in qua Melanchthonem cæterosq; molliores Lutheranos, qui se se in consultationibus de libro Augustano paulò moderatores exhibuerat, ad censuram reuocatos in ordinē redi-

redigerent: Quæ causa fuit cur Melanchthon ad eum modū cōtremiseret et ad synodī mentionē, & Flaciū eiusq; gregales odio perquā acerbo prosequeretur. Illi vero magnis importunisq; clamoribus vrgebant Synodū, ad quā conuocari volebāt oēs, qui cōfessionem Augustanā, vel doctrinā à Luthero traditam profitebātur. Ab his verò Synodicā cēsoria- que autoritate cōtrouerſiā aiebāt discutiēdā, quæ inter Melāchthonem & Flacium agita- batur, & sententiam auditis vtriusq; rationi- bus pronunciandam: Quod si fieret, Flaciani de Melāchthonicis Adiaphoristis certam vi- ctioram magna cū fiducia sibi pollicebātur.

Actum verò fuit hoc negotium non apud eos modo principes, qui Flacium eiusq; gre- Varia prin-
gales tuebantur, sed & apud Augustum Ele- cipum Lu-
ctorem Saxoniz, qui licet magni faciebat theranorū
Melāchthonem, non alienus tamen ab in- consilia in-
dicendā huiusmodi Synodo videbatur; vt sedandis
semper princeps ille pacis atque concordiæ doctrinæ
fuit amantissimus; cumq; eam inter Luthe- suæ.
ranos per Synodum instaurari posse despe-
raret, rem per colloquia paucorum sequen-
tibus annis tentandam censuit. Verū cum
nec ista via negotium succederet, tandem
scribendæ concordiæ, perq; Germaniam
circumferendæ consultor fuit: Quod confi-
lum quomodo cesserit, posteriorum tem-
porum historia testatur.

Intereà terruit Melāchthonem Flaciano- rū ardor, Synodum tanto studio flagitantū: Ideoq;
Melāchth. conatur Synodum dissuadere,

IV.